

Modra suis contenta bonis, sub palmite floret,
Ex dulci vitam, vite subinde trahens.

Hic igitur dulcem, quæras sub palmite vitam
Cui virtus viti juncta, quiesque placet.



Palladis Hungaricæ, thronus est et regia Tyrnau,
Est Cleri, Themydis, Sancta, severa, domus.

Jupiter in nostrā, quodsi descenderet urbem,
Cælum juraret lividus ipse novum.

S. Mikoviny desig:

A. Kaltschmidt sculp. Poson:



Ipse quidem dederas, Nomen mihi Sancte Georgi;
At vitam Bacchus, vitibus ante dedit.

Vivere cui placide lubet, inter munera Bacchi,
Szent-Györgyi patrium, deligat ille Solum.



S. Mikovíny del.

A. Kaltschmidt sculp. Poson.

Larga Ceres campis, regnat Silvisque Diana,
Viniferis Bacchus, collibus uber ovat.

At Neptunus abest, Musis et amicus Apollo
Basingæ divos, quis neget esse tamen?

T. II. p. 170.



PALFFYA gens veluti caput extulit inter honores,
Sic arx Carpathico surgit auita iugo.

p. 174.



Pannonicis Szomolana dïs habitacula præbet,
Heic vbi frondet ouans **ERDÖDIANA** *domus.*